



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Precarijs, de Commodato. Consilium CCCII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

- cessu hoc officium, *Barr. in l. Lex Cornelia Ad S.C. Syllan. gloss. & Doct. in l. Exceptio C. Locati, Barr. in l. Magistratus Ad municip. nu. 12. & sequent. quia consue-
rudo civitatum & regionis observanda est in as-
sumptione & mutatione Officialium, d. l. Neminem
C. de suscept. & arcar. lib. 10. in fine & ibi gloss. Paris
de Pater tract. de Syndicatu in dictione Consuetudo nu. 5.*
- 19 & 6. *¶* Quam praesumptionem tollere non debet
insolita verborum & clausularum adiectio, non
mandante specialiter eo, qui concessit, facta; cum
nec in generali mandato huiusmodi potestas ad-
ijciendi quicquam praeter voluntatem mandan-
tis contineatur, *Curtius Senior d. conf. 49. nu. 2.* Quae
omnia in proposito probabiliora sunt, quod pre-
fatus Ioannes ab initio ad perpetuitatem huius
officii spectans, & sic dictam clausulam, praeter
consuevit adiectam, intelligens (prout secun-
dum superius dicta non improbabilius intelligi
& accipi potuerunt) ea omnia praestiterit, quae sui
antecessores, tam in sportulis & honorariis Do-
minorum (Cancellarij, Cubicularij, Secretarij, quae
in solutione iurium receptionis, & exhibitione
sumptuosi convivij: ita ut per omnia lucrativam
causam habere non videatur, id oque etiam a
gi restricta esse debeat revocandi facultas. Bene-
ficij enim adjuvari, non decipi quicquam con-
venit, *l. In commodato §. sicut in fin. d. Commoda-
to.*
20. *¶* Quomodo nec libere revocari
potest officium, quod ob servitium vel bene me-
rita alicui concessum est, *Capre. d. decis. 116.*
21. Recte itaque & sine ulla specie ambitio-
nis per viam iustitiae, *Barr. in repe. l. Barbarus
philippus de offic. praeoris, prosequitur & retinere
nitor Ioannes Mauve officium sibi semel
collatum. & iam aliquot annis honeste & cum
laude exercitum, meritoque sperat Reve-
rendissimum Dominum modernum (¶ qui
tam ex consuetudine, quam iure communi
huiusmodi Praedecessoris sui concessiones ra-
tas habere debet, *l. in l. 1. De const. Princip.
capit. decis. 121. nu. 3.*) bonis rationibus
inimatum, nisi constituturum, quod ei frau-
di & damno esse possit, *¶ c. si quando. de rescrip-
tis;* neque hoc officio novum beneficiari-
um cum praedictio juris sibi acquisiti factu-
rum; neque agere laturom, si revocationi aut
novae concessioni per viam iustitiae sese oppo-
nat. Cum alioqui non facile & non nisi pluri-
bus pedibus mutari & retractari debeat, quod
pluribus annis effectum habuit; quodque sine
ignominia dicti Ioannis fieri non posset. Et hac
secundum nostram V. l. Doctorum sen-
tentiam.*

De Precarijs, de Commodato.

S V M M A R I U M.

Precarium seu commodatum domus.

1. Commodatum, precarium & alia similia intempe-
stive revocari non debent.
2. Beneficium quomodo accipitur.
3. Habitationis concessio precipitante revocari non
debet.

4. Mandatum intempestive revocari non debet.

5. Imposita in refectionem domus privilegia sunt.

CONSILIVM CCCII.

ILLIBERALE & à ratione profus alienū
est, quod M. Henrico Rodio à Gracfen, eius-
que familia ex parte Reverendi D. Abbatis
Everbodienis proponitur, de subita migra-
tione ex domo dicti Abbatis & ejus conventus in
Oppido Thengeni, non restituitis his, quae idem
M. Henricus ex mandato & consensu ejusdem
Abbatis in eandem domum ex insolentia praesidij
militaris undique contractam, & prope inhabi-
tabilem effectam, impendit, & impendendo
habitabilem effectum fecit; ut vehementer dubitem,
an hoc verè etiam agat idem D. Abbas, & non
potius sub nomine Abbatis, eo ignorante, Reli-
giolus ille, qui sibi dictae domus hospitium seu
habitationem concessam esse asserit. Quippe non
congruit bonae fidei (quae exuberantius à perso-
nis in dignitate praeteritum Ecclesiastica constitu-
tis exhereri debet) sic sine causa ex sola volun-
tatis potestate à contractu semel inito, etiamsi
natura sua revocationi obnoxius sit, subito & in-
tempestive recedere, *l. Sicut C. de oblig. & act. in
commodato §. sicut d. Commodato.* ¶ Unde est, quod
quavis regulariter omne commodatum quan-
do, cum quae à committente repeti seu renovari pos-
sit, d. §. sicut: non possit tamen per intempestivam
& subitam revocationem id fieri; antequam sci-
licet commodatarius usum, ad quem rem utendam
accepit, expleverit. Alioquin enim si revocatio-
nis potestas tam libera esset, non beneficium, quod
commodato proprium est, sed damnum acciperet
commodatarius, *l. 1. d. de precario C. ult. de precar.
lmo & in precario, etiam hac revocationis pote-
stas liberior sit, adeo ut pactum in contrarium
factum non valeat, l. Cum precario d. eod. tit. in-
tempestiva tamen, & precipitata esse non debet.
Quamobrem ex sententia Panormitani, in d.
ult. nu. 12. precario possidenti ex aequo & bono
pro arbitrio iudicis concedi debet aliquod
temporis intervallum, ut precarium restituere,
seu à re precaria recedere possit: cum restitu-
endi illius semper non sit commodata occasio, praes-
sertim quando precarium possidens, se suasque
res aliter composuit, & sic se rei precariae alli-
gavit, ut ab eadem discedere commodè nequeat,
arg. l. Si in lege §. colonus d. Locati: ut in propo-
sito casu contingit, quo dictus Henricus se in
hac domo cum sua suppellex & familia com-
posuit, & domum prius inhabitabilem sic
restituit, ut commodè habitari possit, neg-
lectis etiam proprijs adibus; ut non debeat
praetextu libertatis revocandi precarij tam cito
post lapsum trium aut quatuor mensium inde
expelli. Quinimo etiamsi hac hujus do-
mus seu habitationi ecessio facta esset cum
excessione, quod ad beneficium Domini
Abbatis M. Henricus teneretur illam evacu-
are, nihilominus id posset D. Abbas niri-
um intempestive & sine iusta causa, ¶ Restri-
cta enim est haec res ad beneficium boni viri non
relaxata ad irregularem voluntatem, *l. Thau §.
forore**

ferore De fideicom. libert. Bald. in l. ult. §. sed & si quis nu. 3. C. Communia de legat. Panorm. in c. Verum nu. 6. De foro compet. quia non potest videri bene placere, nisi quod ex officio boni viri placet, seu placere debet. † Sive igitur titulo commodati hæc domus concessa fuit M. Henrico (nam & res soli, ut est habitatio domus, commodari potest, l. 1. §. iur. commodatum D. Commodat.) sive titulo precarii, permixta esse dicatur, semper hoc manet verum, quod ex hac domo M. Henricus non possit iam precipitanter & subito exturbari. Et quæ minus, quod propius inspiciendo literas dicti Abbatis ad M. Henricum scriptas, idem M. Henricus sit huius domus & inhabitationis non proprie commodatarius, aut precarius, seu mandatarius: quia ex eiusdem D. Abbatis mandato eiusdem domus possessione per hypothecariam actionem à Decano, & Capitulo Themenli avocata non solutos census seu redditus, quibus eadem domus gravata est, solutos reliquis seu arriagijs de suo, revocavit, & eandem ad habitandum etiam præregatis de suo sumptibus aptam & idoneam fecit; & sic illam ut gratuitus inquilinus, seu potius ut administrator, & factor, cum onere recipiendi alios dictæ Abbatis redditus, ingressus sit; surrogatus scilicet in locum quondam Henrici Paludani proxime præcedentis inquilini dictæ domus & Receptoris, seu Administratoris dictorum reddituum. † Esti autem mandatum perinde ut commodatum ex voluntate domini mandatis sit revocabile, quia finitâ voluntate extinguitur mandatum, l. si verò non remunerandi §. si in anu vero D. Mandati, intemptiva tamen revocatio mandatori non permittitur, sed dumtaxat re integrâ & cum mandatarij non interesset, §. recte Insit. De mandato. Ad exemplum societatis, quæ etiam sola voluntate sustinetur, sed nisi re integrâ deferri vel abdicari non potest, l. Actio §. diximus D. Pro socio. Cum igitur in proposito res non sit integrâ, quia scilicet M. Henricus non tantum præparamenta ad hanc administrationem & receptoriam fecerit, quæ sola etiam efficiunt, ut res dicatur non esse integrâ l. si pecuniam D. De condit. causa dat. l. Faber in d. §. recte; sed etiam dictam domum habitandi causâ ingressus sit, & in ea ex manibus dicti Capituli liberanda illaque restauranda multa de suo erogaverit, nec æquum nec honestum est, quod pro parte Abbatis requiratur, ut inde ex eadem domo migret non oblata restitutione eorum, quæ sic ille impendit. Cum enim ad illa quæ impendit ab Abbate repetenda habeat actionem mandati, l. si quis aliter §. impendia D. Maior dat. l. 1. l. Etiam si C. eod. multo magis adversus Abbatem ad expulsiorem agentem exceptione ob eandem impensas tutus erit, ne cogatur possessione seu detentione domus decedere, antequam illæ ei restituta sint, l. Invitum §. cui damus D. De reg. iur. potissimum quod favorabilis admodum sit obligatio pecuniæ, quæ in restitutionem, seu restitutionem alterius domus impensa est. † Est enim privilegiata non tantum in hoc, quod ex ea causa creditor alijs creditoribus etiam hypothecam habentibus præferatur, l. 1. D. De cess. bon. l. vltim. §. 1. D. De privileg. cred. l. Interdum D. Qui pot. in p. §. sed in eo quoque, quod domum, in Conf. Wamef. Tom. II.

quam impensæ factæ sunt, tacite pignoris habeat obligatam, l. 1. D. In quib. caus. pig. tac. contrah. Vique adeo ut etiam privilegiata sit mandati actio adversus eum, qui mandavit, ut alicui residenti domum pecunia subministraret, Gloss. in d. l. si venit §. 1. in verb. redempti ut & in alijs causis exuberantiùs succurritur his, qui vel in communes, vel in alienas domos pro illorum lartis testis impensas restitutionis faciunt; quia faciendo rem ipsam conservant, l. si frater, §. item respondit socius D. Pro socio, l. si ut proponit C. De adf. privat. Qui favor in proposito ampliatur per hoc, quod ex mandato D. Abbatis hæc domus (ut dictum est) sit redempta ex manibus Capituli nummis & pecuniâ M. Henrici; quo respectu non tantum habet ad repetendum id quod impendit pro redemptione actionem contrariam mandati, l. cum servus §. 1. si liber homo D. Mandati, & beneficium redemptionis per exceptionem doli, quod non oblat eo quod impensum est illius restitutioni petatur; verum etiam ipsam domum velut in causa pignoris, l. ab hostib. C. De pign. revers. & cum huiusmodi retentionis beneficii & exceptio doli etiam illi detur, qui sine mandato domini impensas non modò necessarias, sed etiam utiles tantum fecit, l. in fundo De rei vindicat. l. Paulus De doli mali excepte. Proinde si dictus M. Henricus ulterius urgebitur ad migrationem, habebit quo se dupliciter defendere poterit; primum, excipiendo & retentionis beneficio utendo, donec sumptus per eum facti refundantur; quod in angustia horum temporum, & dictæ Abbatis, non facile explicabitur, sed tractum temporis habebit; quo durante poterit M. Henricus dictam inhabitationem continuare: cetero si fortè expensæ ei pro parte D. Abbatis realiter statim offerrentur, poterit contendere sibi statim migrandum non esse, sed pro quo iudicis arbitrio statuendum esse tantum temporis, quo commodè sine suo incommodo migrare possit. De quibus certius deinde deliberare poterit, cum ad iudicium vocatus cognoverit ad quid, & quonamodo idem D. Abbas actionem suam intentabit.

De Deposito.

S V M M A R I U M.

Depositum nummorum.

1. Nummi ad certam æstimationem depositi in specie reddi non debent.
2. Nummos alios creditor recipere non cogitur quam credidit.
3. Depositarius tenetur ad nummorum depositorum usuras.
4. Nummi depositi ad certam summam uti potest depositarius.
5. Sequester rem sequestratam nisi de communi consensu non restituit.
6. Deposita pecunia periculum quando ad depositarium pertinet.